

NvK an den Abt Johann des Benediktinerklosters Oostbroek vor Utrecht. Er befiehlt ihm, die Reform seines Klosters sowie der ihm unterstellten Nonnen seinem NvK geleisteten Versprechen gemäß baldigst zu verwirklichen.

Kop. (Ende 15. Jb.): UTRECHT, Rijksarchief, Archieven van de kleine kapittelen en kloosters 530 f. CXI^v-CXII^r (ebemals: Coll. Vermeulen 233); Papier-Chartular des Konvents von Oostbroek (15. und Anfang 16. Jb.). Vgl. de Hullu – Waler Zeper, *Catalogus* Nr. 530 (fehlerhaft; = A).

(Anfang 16. Jb.): UTRECHT, ebendort 531 f. IX^v (ebemals: Coll. Booth C 25); Perg.-Chartular von Oostbroek. Vgl. de Hullu – Waler Zeper Nr. 531 (= B).

Druck: de Geer, *Oorkonden* 65f.

Erw.: Moll, *Kerkgeschiedenis* II/2 186; Brom, Nicolaas van Cusa 242; Vansteenbergh 487 (unter Anzweiflung des Datums, da er Ter Horst bei Rhenen mit Horst bei Venlo zu identifizieren scheint, wohin NvK erst später auf dem Weg von Nimwegen nach Roermond reiste; s.u. Nr. 1804); Koch, *Umwelt* 133; Post, *Kerkgeschiedenis* II 126 (mit der unzutreffenden Bemerkung, Nr. 1751 stimme mit Nr. 1737 für Rijnsburg überein).

Cum ex iniuncto nobis legacionis officio omni studio invigilare teneamur, ut regulares persone quecunque infra terminos commisse nobis legacionis constitute iuxta regulam et statuta ordinis per eas professa rite vivant et deo altissimo reddant vota sua, hinc est, quod nos apostolica auctoritate, qua fungimur, nobis in hac parte specialiter commissa circumspectioni tue per hec scripta committimus et in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus tu sub excommunicacionis late sentencie necnon dicte tue abbacie privacionis pena mox receptis presentibus omnes et singulos dicti tui monasterii fratres ac eciam quascunque sancte moniales ipsi tuo monasterio subiectas iuxta sancti patris Benedicti regulam in omni observancia, prout eciam tu et fratres tui nuper in nostris manibus promisistis, vivere ac eciam dictas sanctimonialias tuas sub clausura, prout alias in valvis maioris ecclesie Traiectensis fieri mandavimus, morari facias nec permittas deinceps aliquam personam ex religiosis tibi et monasterio tuo subiectis propria retinere, sive illa pecunie, libri, clendodia, domus, annui census et alia quecunque fuerint, sed in communi refectorio absque esu carniarum cibari et in unico dormitorio dormire atque ex uno vestiario vestiri personas ipsas procures, proviso tamen ut tu personis ipsis religiosis, sive fratres tui monasterii aut ex sanctimonialibus tuo monasterio subiecte fuerint, nichil necessitatis subtrahas, sed unamquamque personam religiosam tibi commissam iuxta tuam discrecionem tanquam pius pater secundum regulam per te et illas professam ac eius statuta in omni caritate pertractes, infirmas et debiles servata regula in infirmaria carnibus nutriendo.

Volumus insuper et sub dicta pena tibi mandamus, ut tui monasterii et illi subiectorum sanctimonialium monasteriorum domus et cameras reformacioni et regulari observancie non deservientes quantocius destrui et demoliri ac habitaciones necessarias reformari procures.

Demum eciam omnibus et singulis fratribus tuis et sanctimonialibus prefatis sub debito obediencie et pena maledictionis eterne dicta apostolica auctoritate districte precipimus per presentes, ut tibi in hiis, que secundum huiusmodi nostrum mandatum ac regulam per eos professam tam in renunciacione priorum quam alias fieri mandaveris, devote, prout tenentur, obediant. Tu quoque de omnibus, que in hiis feceris, nos, quamprimum poteris, studeas cercionari.

9 ac: et A 11 monasterio tuo: tuo monasterio A 15 sed: aut A 19 et(2) feblt A.

NvK an die Dekane von St. Kunibert¹⁾ in Köln und St. Paulin vor Trier.²⁾ Er beauftragt sie, dem Georgius Kaldis de Hildeshem³⁾, Kanoniker an St. Marien in Prüm, erneut die Pfarrkirche St. Gordianus und Epimachus in Niederprüm zu übertragen.

Kop. (1451 IX 25, als Transsumpt in Nr. 1814): KOBLENZ, LHA, 148, 70; (1625): TRIER, Stadtbibl., Hs. 1713/429 (Kopiar des Benediktinerinnenklosters Niederprüm, verfaßt von Wilhelm Hoen; s.